FRANCKESCHE STIFTUNGEN

Alte Drucke

Pavli Castrensis In ... Codicis Partem Patauin[a]e Pr[a]electiones, Francisci Curtij, multorumq[ue]; qui hactenus Doct. incubueru[n]t Appendicibus ...

Paulus <Castrensis>

Lugduni, 1553

Mandati uel contra. Rubrica.

Nutzungsbedingungen
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150729

Visual Library

de: quia quilibet ex hæredibus in quolibet æquo habebat partē pro indiuiſo. ergo primus recepit rem quę non erat ſua propria: ſed communis cum ſuo cohærede. Sed queritur hic. quando depoſitum fuit ab vno factum, & poſtea deuentum ad plures hæredes ipſius, quid ſi fuit factum à duobus, & poſtea vni eorum fuerit reſtituta pars, & antequàm reſtitueretur altera pars alteri, fuit perdita. Reſpondeo ſecundū Bal. idem quod hic niſi in caſibus qui habentur & no. in l. pupillus. ff. quę in fraudē. credito. & per glo. in l. tutores. ff. de condi. indebi. In contrarijs quæ format glo. dic vt in ea.

Mandati: uel contrà. *Rubrica.*

1 *☞ Videtur quis geſsiſſe de mandato alicuius, qui ipſo ſciente & patiente geſsit, ſed ſi ipſo ignorante, habet locum actio nego. geſto. non mandati: & ſi domino prohibente, neutra iſtorum habet locum.*

Caſus quo dominus locupletatur cum aliena iactura.

3 *Qui gerit aliena negotia, poteſt recipere pecuniam ſub uſuris, ſi expedit pro utilitate domini, & dominus tenetur ſibi pecuniam, & uſuras ſolutas reſtituere.*

4 *Officium procuratoris, an debeat eſſe gratuitum?*

LEX I.

1 ADuerſus. †Pecuniam quam procurator expendit de ſuo in negotijs domini in dubio recuperat de ſuo cum vſuris, ſed ſalariū an poſsit conſequi, nō eſt ſine dubio, ſed relinquitur in cognitione iudicis. hoc dicit. 2 †In tex. ibi. [geſta ſunt.] ſcilicet per te de mandato ſuo, & ſic fuiſti procu. ad negotia, & videris geſsiſſe de mādato, ſi ipſo ſciente & patiente geſsiſti. vt l. qui patitur. ff. eo. & j. ea. l. ſi fideiuſ. ſed ipſo ignorāte nō haberet locum actio mandati, ſed nego. geſto. vt in toto titu. de nego. geſt. ſed ſi domino prohibēte, neutra iſtarum locum haberet pro recuperanda æſtimata pecunia. l. ſi pro te. ff. eo. & ſic eſt caſus in quo dominus locupletabitur cùm aliena pecunia: aliâs iactura. & imputet ſibi geſtor. vt s. de nego. geſt. l. fin. 3 †In tex. ibi. [mutuò acceptam.] dicit glo. cum vſuris. Et ſic no. ꝙ qui gerit aliena negotia, poteſt recipere pecuniam ſub vſuris, ſi expedit pro vtilitate domini: & dominus tenetur ſibi pecuniam & vſuras ſolutas reſtituere. & iſto caſu etiam de iure canonico petuntur: quia non vt lucrum, ſed vt damnum emergens petuntur. facit c. peruenit. de vſuris. 4 † In tex. ibi. cognitio præbebitur.] ſed in quo conſiſtit illa cauſæ cognitio. glo. propter hoc ponit vnam diſtinctionem, per quam patet ꝙ aliquando non poteſt peti ſalariū promiſſum. & hoc in duobus caſibus. Primus quando fuit promiſſum incertum non expreſſa certa quantitate. puta bene prouidebo tibi de ſalario. Item quando certum, tamen illicitum. puta de quota parte litis. aliquando poteſt peti per actionem mandati informatam à pacto, quando iſta concurrunt: ſcilicet & ꝙ promiſſa fuit certa quantitas. Item per pactum nudum incontinenti appoſitum iuxta mandatum. Item ꝙ procurator etiam ſine ſalario fuiſſet geſturus: & ſic eſt propriè contractus mandati. qui debet eſſe gratuitus. licet incidenter interuenerit remuneratio. aliquando verò petitur per actionem præſcriptis verbis. quādo ex interuallo interuenit promiſsio: quia videtur eſſe contractus innominatus do vt facias. aliquando per actionem ex locato, quando fuiſſet geſturus ſine ſalario. & eſt tale opus ad quod ipſe procurator conſueuit operas ſuas locare: quia dicetur cōtractus locationis & tamen habet in ſe admixtum mandatum: ſed non oritur actio mandati: ſed locati. ſi autem non cōſueuit locare operas, ad hoc petetur per actionē præſcriptis verbis. iſta ſunt in effectu quæ voluit glo. quam Bal. dicit eſſe defectiuam quaſi in ſingulis membris. vnde vide hic per eum.

LEX II.

1 CVm ex cauſa. †Pecunia quam fideiuſſor ſoluit pro debitore, pōt tam per ipſum quàm per hæredem eius repeti per actionem mandati vna cùm pignoribus. hoc dicit. Intellige vt dixi in l. præce. quando de mandato debitoris fideiuſsit expreſſo, vel tacito: quia ipſo ſciente & patiente. vt j. eo. l. ſi fideiuſſor. ſecus ſi ipſo prohibente: vt l. ſi pro te. ff. eo. In tex. ibi. [habes mandati actionem.] ſed mirandū eſt: quia pignora petuntur per hypothecariam. quæ eſt actio realis: ſed actio mandati eſt perſonalis. 2 glo. vt effugiat hoc contrarium, legit iſtum tex. & exemplificat multis modis. & effectus glo. eſt: quia iſte tex. poteſt intelligi duobus modis, ſcilicet de rebus patris tui fideiuſſoris obligatis creditori per patrem tuum de mandato debitoris principalis. vel per ipſum debitorē de conſenſu patris tui. & primo caſu clarū eſt quòd habet locum actio mandati. in ſecundo habet locum actio commodati. Et dicit glo. ꝙ lite cōteſtata ſuper actione mādati ad pecuniam cenſetur etiam conteſta. ſuper actione commodati ad reſtitutionem pignorum. per l. fi. j. de annali exce. & propter hoc tex. hic dicit. [qua.] id eſt per quā. Secundò modo poteſt intelligi de rebus ipſius debitoris. & hoc duobus modis. vel ꝙ fuerint obligatæ creditori: qui tenebitur eas tibi reſtituere, vel patri tuo, cùm ei ſoluiſti. ꝙ aliâs non tenebaris ſoluere: vt j. de fideiuſ. l. ij. vel quòd fuerint obligatæ patri tuo pro fideiuſsione: & tunc daretur hypothecaria, & iſtud relatiuum [a] qua, facit impropriam relationem. ſicut ibi. mulier damnauit quæ ſaluauit. vt no. s. de nego. geſt. l. ij. tene quam vis: quia quælibet poteſt ſuſtineri. & eſt vera in ſe.

a ¶ Et iſtud relatiuū. Quid importet relatiuum quę vide Rapha. Cu. conſi. xcvij. inci. ſtante dicto ſtatuto. & conſil. clxxvj. incipi. ſtatuto papienſi cauetur.

2 *☞ Si aliquis ceſsit iura ſua ex cauſa uenditionis, uel donationis, an hoc non obſtante poſsit re integra agere directa actione quæ apud eum remanſit, nec potuit per ceſſionem ab eius oſsibus ſeparari?*

3 *Qualiter aliud ſit ante cedere, & aliud concedere?*

LEX III.

1 SI pater. † Mandās alteri actiones, poteſt hoc nō obſtāte re integra experiri hoc dicit. qui ergo facit procuratorem ad agendum, non tollit ſibi poteſtatem agendi antequàm procura. litem conteſtetur. poſtquàm verò non ſit effectus dominus litis, nec poſsit reuocare ſine cauſa. vt l. poſt litem. ff. de procur. non poterit agere dominus, quia vel vult proſequi eandem litem, & videtur ꝙ non poſsit. cùm ipſe non ſit dominus eius, ſed procurator. Aut vult inchoare nouam litem: & ob. excep. lit. pendentiæ. vel dic ꝙ poteſt proſequi eandem litem ratione vtilis. videtur ꝙ habetur in inſtantia per l. in cauſæ. §. fi. de procura. non tamen per hoc reuocatur procura. quod proſequere vt per Bar. in d. l. poſt litem. 2 & hoc in procuratore ſimplici. † Quid in procuratore in rē ſuā, ſi alicui ceſsit iura ſua ex cauſa venditionis, vel donationis, an hoc non obſtante poſsit re integra agere directa actione, quæ apud eum remanſit nec potuit per ceſsionem ab eius oſsibus ſeparari: vt l. quis ergo caſus. ff. de peculio. videtur quòd non. quia talis procura. non poteſt reuocari per l. illam. j. de donati. contrarium tamen eſt quòd admittitur ad agendum. niſi in tribus caſibus. qui habentur in l. iij. j. de dona. & hoc quando directa actio remanſit penes cedentem nō omnino inutilis. quod eſt quando fit ceſsio inter viuos. ſecus ſi in vltima voluntate ex ſena. conſul. tre. nam poſtquam hęres reſtituit fideicommiſſario, nullo modo poteſt agere etiam extra caſus illius. l. iij. licet apud eum remanſerint directæ actiones. vt l. ſi hæres inſtitutus. ff. ad Trebel. quia remanſerunt ſine vtilitate, & omnino inutiles. vt l. qui in princi. eo. titu. & ideo poteſt ei obijci exceptio tu non potes agere tanquàm hæres: quia reſtituiſti hæreditatem. Non ſic quando quis ceſsit inter viuos: quia non poteſt ſibi obijci hæc exceptio tu ceſſiſti alteri hanc actionem quam intentas. nam hoc non pōt obijci niſi in tribus caſibus. qui habentur in d. l. iij. & ſic non remanſit directa omnino ſine vtilitate. quod tamen exigit tenetur reſtituere ceſsionario vel actione ex vendito, ſi ceſsit ex cauſa venditionis: vel actione in factum, ſi cauſa donationis. l. hæreditatem. 3 ff. de dona. † In tex. ibi. [mandauit.] non dicit ceſsit. & ſic potius conceſsit aliud eſt antecedere, & cōcedere: quia primo caſu trāſferuntur vtiles: quas ceſsionarius ſuo proprio nomine intentare poteſt. Secundo caſu nullæ transferuntur: ſed ſolùm exercitium directarum. & ſic nomine mandantis agere debet. iuxta ea quæ habentur in l. qui ſtipendia. s. de procu. iuncta. l. fi. in princi. cum ibi no. j. de dona. & primo caſu dicitur procura. in rem ſuam. de quo quærit glo. in fi. ſecundo nō. ſed ſimplex procurator. In tex. ibi. [actum eſt.] quia fortè pater tuus cum debitore tranſegit. & tu volebas infringere tranſactionem. quaſi non potuerit eam facere, poſtquam actionem mandauerat. Sed an pater filio in poteſtate poteſt actionem cedere. Bald. hic tangit. & videtur caſus in l. filiusfami. ff. de actio. & obliga.

1 *☞ Si procurator damnificauit dominum in xx. ſui culpa, ſed in alijs manu meliorauit conditionem domini in x. an iſta x. debeant detrahi de illis xx. ut non poſsit dominus repetere niſi x.*

FRANCKESCHE STIFTUNGEN

2 ¶Hæreditas non poteſt adiri per procuratorem. Adde Bal. in rubri. extra de procura. in ix. col. verſi. vtrum hæreditas.

LEX IIII.

1 ETiam. †Licet ꝓcurator per dat cauſam, tamen ſine ſua culpa recuperat expenſas quas fecit de ſuo in proſecutiõe
2 litis à domino principali. hoc dicit. iſta l. † Glo. hic quærit in fi. ſi procurator damnificauit dominũ ſui culpa in xx. ſed in alia manu meliorauit cõditionem domini in x. an iſta x. debent detrahi de illis xx. vt non poſsit dominus repetere niſi x. & tenet ꝙ non: quia non debet ex eodem facto pœnam vel præmium reportare: vt in l. quàm alleg. glo. doc. tenent contrarium per l. Caius. ff. de vſur. vbi dicunt caſum eſſe notabilem.

2 *Hæreditas, quare non poteſt adiri per procuratorem: ſed bonorum poſſeſsio ſic.*

LEX V.

1 SI maritus. †Negligens implere mandatum ſuſceptum: tenetur ad intereſſe etiã lucri deperditi. hoc dicit. In tex. ibi. [noluerit.] & ſic lapſo tempore eam perdidiſti culpa & negligentia procuratoris tui. In tex. ibi. [ſi mandaſſe te vt peteretur &c.] ſi autẽ non mandaſti, expreſsè innuit ꝙ non potes agere ad emendationem huius damni: quia nec in generali mandato cadebat hoc vt eam peteret, cum ex hoc venires obligandus. vnde ſine ſpeciali mandato, vel generali cum libertate obligare non potuit: ergo non eſt ſibi imputandum ſi talem bonorum poſſeſsionem nõ petijſſet, poſtquam non poterat petere cum effectu vt te obligaret: potuit tamen eam petere ſine effectu vt te obligaret. non ſtatim: ſed demum poſtquam ratam habueris. per rationem quã ponit glo. quia etiam ſine aliquo mandato petere poterat: ſed te nõ obligat, niſi ratam habeas. tamen non poteſt ſibi imputari ſi nõ petijt: poſtquã non poterat cùm effectu. hæc eſt intentio huius tex.
2 † In glo. j. in fi. ibi. [l. iij. §. acquirere.] & quæ ſit ratio diuerſitatis
a ꝙ hæreditas non poteſt adiri per procuratorem. ᵃ ſed bonorum poſſeſsio bene poteſt peti & acquiri per procuratorẽ. dic vt not. in l. Paulus. per procuratorem. ff. de acqui. hære. In glo. fina. in fi. ibi. [multo magis.] certè illi qui debent requiri ſpeciale mandatum. loquuntur de petitione effectuali. per quam dominus ſtatim obligatur oneribus hęreditarijs. & iſta eſt veritas ꝙ illi dicũt ꝙ non poſsit peti ſine ſpeciali mandato, vel generali cum libera. Nam generale ſine libera non importat quod poſsit dominum obligare. ſicut nec importat ꝙ poſsit alienare. illud autem quod dicit glo. ꝙ ſufficiat generale mandatum: quia etiam ſine illo mãdato poteſt peti. procedit in petitione non effectuali: per quã dominus non obligatur, niſi poſtquam ratam habuerit. vnde gloſſ. non bene loquitur. Nam & illa quæ requirunt ſpeciale mandatum, ſi nõ adiuit, poſſunt rata haberi: vt l. patri pro filio. ff. de mi.

LEX VI.

1 SI fideiuſſor. † Qui patitur pro ſe alium fideiubere mandare videtur. hoc dicit.

2 *Accipiens pecuniam mutuò de mandato alterius, qualiter obligetur mandati. & ſi mandans ſoluat an ſibi ſit fienda ceſsio contra accipientem?*

LEX VII.

1 SI literas. †Mutuans vni de mandato alterius, habet vtrunq; obligatum, ſcilicet primum tanquam principalem certi conditione ex mutuo: & alterum tanquã acceſſorium, ſcilicet actione mandati: & hoc quãdo iſte recepit ſuo nomine, & per ſe. ſi autem pro mãdato: tunc aut mandatum fuit directum illi recipienti, nõ autem mutuanti: & tunc tale mandatum parit vtilem inſtitoriam. vt ſ. de exer. l. ſi mutuam. aut fuit directum ipſi mutuanti, & tunc oritur certi conditio ex mutuo: quia ille recipiens videtur recepiſſe vt nuncius. & ſic contractus mutui videtur celebratus cum ipſo mandatario: ſed non cum nuncio. tñ oritur actio mandati, poſt-
2 quam poteſt oriri ex mutuo: vt l. Idemq;. §. ſi cui. ff. eo. † In glo. j. ibi. [non vt commendatum eum haberes.] nam talis commendatoria litera non importat vt ſibi mutuetur. & ſi contra fieret, non obligaretur ſcribens. l. Lucius. ff. de fideiuſ. In glo. ſeq. ibi. [ſi non poteſt ſatisfacere accipiens.] gl. iſta habuit reſpectum ad ius antiquum. ſecundùm quod non poteſt agi cõtra fideiuſſorem vel mandatorẽ niſi excuſſo principali: vt in auſ. de fideiuſ. iure verò antiquo ſecus. quia poterat eligere creditor quem prius volebat: vt j. de fideiuſ. l. iij. In glo. ibi. [& debent cedi actiones huic mandanti contra accipientem.] hæc glo. innuit ꝙ ille accepit ſuo nomine, & pro ſe nõ tãquã ꝓcurator ſcribentis, ſeu mãdãtis. alias nõ eſſet ſibi fienda ceſsio. & tñ infrà innuit contrarium. In gl. ibi. [& ſic loquitur hic.] gl. hic ſentit ꝙ iſte recepit vt procurator. vt patet. ſ. dũ dicit [vt pecuniã mutuet procuratori.] ꝙ non eſt verũ. vt ſ. dixi. quia recepit ꝓ ſe, & ſuo nomine. In glo. ibi. [& nunc tenetur dñs vtili inſtitoria.] ſ. qñ recepit vt procurator. videt hoc procedere cuicunq; literæ fuerint directæ: ſiue procuratori, ſiue mutuanti. quicquid gl. dicat. ſi recepit vt nuntius. ꝙ qualiter cognoſcatur. dic vt no. j. ſi quis alteri vel ſibi. in l. multum. & tunc tene ꝙ ſequitur in gl. per rationem quã. ſ. dixi. ipſe autem nũtius nõ tenetur. dic vt in l. ſi pupilli. §. j. ff. de neg. geſt. & per Cyn. ſ. ꝙ cum eo. l. ei qui.

1 SI tibi. † Ex mandato defuncti competit actio cõtra hæredem.

LEX VIII.

1 CVm per procuratorem. † Procurator lædens dominum ſui culpa, tenetur hac actiõe ad intereſſe. h. d. lex ſequens. die prima Auguſt. M. cccxxxix. & die præcedenti audiui quod comes Franciſcus erat caſtrametatus circa caſtrum Suauij. Pau. de caſt.

2 *Negotiorum geſtor qui ſe obligauit pro domino: an antequam ſoluat, poſsit agere ut liberetur?*
3 *Qui mandatum accepit de fideiubendo, videtur accipere de ſoluendo.*

LEX X.

1 SI pro ea. † Fideiuſſor antequã ſoluat, non poteſt agere contra debitorem vt ſibi ſoluatur: tribus tamen caſibus qui hic ponuntur, agere poteſt: ſubaudi non vt ſibi ſoluat: ſed vt liberetur ab obligatione. hoc dicit vſque ad §. fideiuſſorem. & an habeat locum in fideiuſſore qui ſe obligauit pro alio ſine mandato expreſſo, vel taci-
2 to. vide gl. in l. iiij. ff. de nego. geſt. † Item quid in alio geſtore negotiorum quã fideiuſſore qui ſe obligauit pro domino, an antequã ſoluat, poſsit agere vt liberetur. & etiam extra caſus qui ponuntur in hãc. l. vide bonam gl. in l. ſi quis mihi mandato. eo. ti. de neg. geſtis. & id ꝙ dixi poſſe agi non vt ſibi ſoluatur, ſed vt liberetur. probatur in l. ſi mandato. §. quoties. ff. manda. In tex. ibi. [neq; condemnatus.] ſub. nec lis erat contra te conteſt. alias videtur ꝙ etiam tunc agere poſſes vt liberis, vel conſerueris indẽnis. per l. ſi ſocius. ff. communi diui. In tex. ibi. [poſtea cœpiſſe] Idem ſi iam cœperat tempore fideiuſsionis. ſed hoc ignorabas, vel etiam ſciebas. tamen nõ tantũ dilapidauerat ꝙ in ſuſpitionẽ veriſimiliter veniret. ſed ſuſpicio venit poſt fideiuſsionem. alias tene ꝙ dicitur in gl. j. ſecundũ Bal. In gl. quæ incipit [Nota non poſſe.] ibi. [quartus eſt ſi diu ſtetit in obligatione.] ſub. pura. ſed ſi erat conditionalis, quouſq; pendet conditio, non dicitur ſtare in obligatione. & ideo quantuncunq; ſteterit non agit. nec vt liberetur, nec vt ſibi ſoluat. per l. facere. ff. ſol. matrimo. pone exemplum in fideiuſſore euictionis anteq; res euincatur. nunq̃ enim poteſt agere etiam vt liberetur. ſecundũ Cyn. & alios doc. In gl. ibi. [& eſt ratio, quia iam liberauit eum.] ſed fideiuſſor vel mandator non liberant eum. niſi ſoluat verè vel fictè. nam & ficta ſolutio ſufficeret vt agere poſſent: ſi ex ea adeſſet liberatio debitori. vt. ff. eo. l. inter cauſas. §. ſi. is. allegata in gl. ſecus ſi non adeſſet liberatio. vt l. ſi verò non remunerandi. in princi. cũ ibi no. ff. eodẽ.
3 † In ead. gl. ibi. Item qui mandatum accepit de fideiubendo. videtur accipere & de ſoluendo. ſub. & ſic antequam ſoluat, mandatum adhuc non impleuit, meritò non poteſt agere vt liberetur ab obligatione qua tenetur venditori. nõ enim debet ſoluere de ſuo. primum tamen dictum gl. ꝙ fideiuſſor videat̃ recipere mandatum de ſoluendo. reprobat Pet. quia ſi hoc eſſet, & ꝓpter hoc ꝙ non ſoluit creditor venderet pignus, teneretur fideiuſſor debitori ad intereſſe. quod tamen eſt falſum. vt patet ex his quæ no. in l. j. ſ. de dolo. iuncta. l. proxi. & ſ. eodem. l. ſi maritus. in quibus habetur ꝙ qui negligit mandatum ſuſceptum, tenetur mandanti ad intereſſe. iſtud ergo ꝙ ſoluat, venit in conſequentiam fideiuſsionis. non ꝙ ſuſceperit mandatum expreſſum. ideo tene præcedentem ſolu. gloſſ. quia debitor ex fideiuſsione debet releuari, & beneficio affici. non autem grauari: ſed hic grauaretur ſi ſtatim fideiuſſor agere poſſet antequàm ſolueret, quia pro vno creditore debitor haberet duos. igitur &c. argu. in l. in commodato. §. ſicut. ff. commodati.

Paupertas, an excuſet fideiuſſorem ſi non appellauit, uel appellationem non fuit proſecutus?

1 §. Fideiuſſorem. †Fideiuſſor[a] indebitè condemnatus debet appellare cõmodè ſi po-
2 teſt: alias non cenſetur bonafide geſsiſſe. ideo quod ſoluit repete
re non poteſt. h. d. In tex. ibi. [exceptione munitum.] ſub. deſcen
dẽte ex perſona debitoris principalis. vt quia ſibi fuerat factum
pactum de non petendo, qua exceptione fideiuſſor vti poterat,
& fuit vſus. ſed non profuit: quia iudex ea non obſtante indebi-
tè ipſum condemnauit. Si autem nõ deſcendebat ex perſona de
bitoris principalis, ſed ex perſona ipſius fideiuſſoris: ſi eam non
opponat, an ſit ſibi imputandum: diſtingue vt in gloſſa quia aut
erat inhoneſta, & non eſt imputandum: aut honeſta, & tunc aut
proderat etiam reo, & eſt imputandum: aut non proderat, & tũc
ſecus. l. Idemq;. §. generaliter. ff. eo. & hoc in exceptionibus per-
emptorijs. in dilatorijs verò iudicijs etiam ſi vtriq; competebat,
non eſt imputãdum ſi non fuit vſus. vt l. ſi fideiuſſor. §. quidam.
3 ff. eo. vt in glo. & etiam ibi no. † Pro declaratione opponi. contra
tex. q; nõ ſit imputandum fideiuſſori ſi non appellauit: vel ſi ap-
pellationem non fuit proſecutus. niſi paupertas ipſum excuſet,
vt in princip. gloſ.

LEX XI.

1 PRocuratorem. † Procurator tenetᷣ de malè geſtis, & etiam de negli-
gentia. h. d. ſic. s. e. l. ſi maritus. In tex. ibi. [pro his quæ
geſsit.] ſub. & malè. In tex. ibi. [ſuſcepit.] ſub. & non
impleuit. In tex. ibi. [quam culpam.] hoc intelligitur aliquando
de lata tantùm, aliquando de leui, aliquãdo etiam de leuiſsima,
vt dicam. j. eo. l. à procuratore.

2 *Si procurator uendidit rem pro maiori pretio quàm haberet in mandatis: an uideatur geſsiſſe ſine mandato?*

LEX XII.

1 CVm mandati. † Si procurator non ſeruauit formã mandati quod agit nõ
2 nocet domino: niſi ratum habeat. h. d. † In tex. ibi. [vẽ-
didit.] puta pro maiori pretio quàm habuit in manda
b tis. quia forma mandati diligenter eſt attendenda, & ſeruanda.
alias videtur geſtum ſine mandato. vt in l. diligenter. ff. eo. & idẽ
in mandato iuriſditionis, ſi iudex delegatus non ſeruauit formã
reſcripti. vt in c. cùm dilecti. extra de reſcripti.

2 *Si mandatur aliqd in quo quaſi nulla induſtria uertitur: tũc nõ uenit niſi lata culpa. Quid ſi mandatur illud in quo uertitur aliqualis induſtria, non tamen exacta: quod uenit leuis culpa.*
Quid ſi mandatur illud in quo uertitur exactiſsima diligentia?

LEX XIII.

1 A Procuratore. † Procurator tenetur de dolo, & omni culpa. h. d. & ſic etiã
de leuiſsima: ſed contrà, quia mandatũ fit gratia man
dantis tantùm, & non recipientis: ſicut depoſitum. vt
patet in l. ij. ff. eo. Illud enim eſt propriè mandatum: ergo non de
bet venire niſi lata culpa, ſicut in depoſito. vt §. depoſiti. l. j. Solu
tio. hoc non contingit ex natura contractus. quia tunc procede-
ret oppoſitio. ſed procedit ex eo, quia qui mandatum acceptat:
cenſetur ſe peritũ aſſerere & diligenter ſuper eo q; continet mã-
datum, & ratione huius aſſertionis venit leuis & lata, ſicut in illo
qui recipit cuſtodiam rei. l. ſi quis fundum. §. Imperator. ff. loca.
2 vnde dicit Bar. † quod interdum mandatur aliquid, in quo qua-
ſi nulla induſtria vertitur. vt in mandato fideiuſſoris. & tunc nõ
venit niſi lata culpa. vt in l. ſi fideiuſſor. in prin. ff. e. Interdũ illud
in quo vertitur aliqualis induſtria, non tamen exacta. vt ad gerẽ
dum negotia extraiudicialia. & venit leuis culpa, non leuiſsima.
vt j. eo. l. procuratorem. in verbo culpam. quod regulariter intel
ligitur de leui. Interdum illud in quo vertitur exactiſsima diligẽ
tia. vt in mandato procuratoris ad lites: & tunc venit etiam leuiſ
ſima: quia videtur aſſeruiſſe ſe diligẽtiſsimum. & ita intelligitur
hæc l. & ff. depoſiti. l. quod Nerua. in ix. q. & hoc in actione man
dati directa. ſed in cõtraria quę datᷣ pcuratori. dic vt in l. ſi ſed'm.

LEX XIIII.

1 SI ſecundùm. † Quod vni traditur de mandato alterius, etiam illi traditũ vi-
detᷣ. h. d. In tex. ibi. [vni de his vtriuſq; volũtate.] ſub.
& nomine agebas contra ambos vt tibi reſtituãt pre
tium q; ſoluiſti, ille cui non tradidiſti dicebat ſe tibi non teneri.
ſed q; agas contra illum cui tradidiſti. certè
imò tenetur. & poteſt conueniri, poſtquam
alteri tradidiſti de voluntate ſua: & ſic etiã
illi tradidiſſe videris.

a ¶ Fideiuſſor. An fideiuſſor poſsit appellare à ſententia lata cõtra principalem. vide glo. in l. fina. C. de vſu. rei iudi.

b ¶ Forma mãdati. Ad de glo. in c. porro. de priui. Ioan. An. in c. fi. de reſti. ſpo. & l. ſi pcurator. C. de pcu.

2 *Mandatum quando finiatur, uel non finiatur morte mandantis?*

LEX XV.

1 MAndatum. † Lex iſta licet ſit breuis, habet tamen materiam valde longam. quam Cy. tractat hic. ſed Bar. ſub
tilius in l. ij. ff. de dona. ego plenius tractaui in repe. l. fi. ff. de ſolu.
2 † Et pro aliquali notitia materiæ diſtingue tres caſus. Nam aut
mandatum & effectus mandati conferuntur poſt mortem man
dantis. vt de funere faciendo. & tunc mandatũ non finitur mor-
te mandantis. imò tunc incipit habere robur. vt in l. ſi verò non
remunerandi. §. fi. ff. mandati. Aut mandatum confertur in vita,
& effectus eius poſt mortem. tunc diſtingue vt habetur in l. cùm
pater. §. Meuio. de lega. ij. quæ diſtinctio alibi non ita bene repe-
ritur. Aut vtrunq;: ſcilicet mandatum & effectus mandati confe
runtur in vita. & ſic aut ſuper eo quod in vita geri non poterat.
& non debet. vt l. at ſi quis. §. ſi cui. ff. de religio. aut poterat geri
in vita, & tunc aut hæredi mãdantis expedit q; nõ finiatur mor-
te, & non finitur. vt l. ſi defunctus. ff. de procura. in eo quod dicit
non finiri ſi procurator ſciuit. Aut expedit hæredi q; finiatur. &
tunc aut erat procurator in rem ſuam, aut ſimpliciter. primo ca-
ſu aut mandans decedit cum hærede. & non finitur morte. vt in
l. illam. j. de dona. aut ſine hęrede. & ſic ſecus. vt l. j. s. de actio. &
obligati. Secundo caſu quando ſimplex. aut erat vniuerſalis ſeu
generalis aut ſpecialis. Primo caſu quando generalis, ſi per mor
tem mutatur conditio procuratoris, finitur mandatũ. vt in l. eius
qui in prouincia. ff. ſi cer. peta. ſi non mutatur conditio, ſecus. vt
in l. ſi quis mancipijs. §. ſi impubes. ff. de inſti. Cy. tamẽ intelligit
illum. §. quando aliquid erat certum. quo caſu cum vnum cẽſea
tur mandatum reſpectu omnium quæ veniebant ſub vniuerſita
te, cenſetur quó ad omnia res non eſſe integra. & ſic etiam quan
tum ad gerẽda non eſt finitum mandatum. q; etiam videtur ſen
tire glo. hic in prin. ſed doc. videntur velle q; etiam ſi nil eſſet cœ
ptum quando mandatum eſt generale vel vniuerſale, non finia
tur morte. ſi conditio mandatarij non mutatur per illum. § Secũ
do caſu quando erat ſpecialis. tunc aut conſtituitur ſuper eo qđ
dominus habebat neceſſe facere. & nõ finitur. vt l. fundi. §. Item
ſi amicus. ff. de acqui. poſ. & in c. gratia. de reſcri. lib. vj. & hoc in
neceſsitate præciſa. ſecus ſi cauſatiua. vt l. ſi defunctus. ff. de pro
cura. & hoc niſi ex forma contractus ius foret quæſitum procu
ratori. vt in l. fi. ff. de ſol. & hoc in reuocatione tacita. quæ fit per
mortem. in expreſſa dic vt colligitur in l. ſi pecuniam. ff. de cõdi-
* ctio. ob cau. & in l. ſi quis prohibuit * aliàs incipit. Papi. * de pu-
bliciana. & l. vtrũ. de cõſti. pecu. reliqua dic vt in locis præallega.

2 *Si ſemel interfuit mea, & hodie ceſſat intereſſe, an ceſſet etiam actio cõpetere quæ ſemel competijt?*

LEX XVI.

1 AD comparandas. † Procurator qui mandatum non impleuit, te
netur domino ad intereſſe. h. d. glo. quæ eſt hic: intelli-
git quando hodie cùm agit intereſt. ſi verò hodie non
intereſt, licet olim interfuerit, agi non poteſt. vt l. ſi procuratorẽ.
2 §. mandati. ff. e. † ille articulus eſt valde ſubtilis. cùm quæritur an
ſi ſemel interfuit mea, & hodie ceſſat intereſſe, etiam ceſſet actio
competere quæ ſemel cõpetijt. vt plenè per Cy. hic. & ſubtilius
per Bar. in l. qui autem. ff. ſi quis cauti. vbi dicit tres caſus. q; aut
peto intereſſe, aut peto pœnam. quia ſemel interfuit, aut peto rẽ
propter intereſſe. & de ſecundo & tertio dic vt ibi per eum. ſed
de primo in quo eſt propria materia. dic aut hodie non intereſt,
licet ſemel interfuerit: non tamen deſinis damnum de pręterito:
& tunc non ceſſat actio competere. Puta mandaui tibi vt infrà
certum tempus faceres mihi domum in loco nundinarum, quã
ſi feciſſes fuiſſem lucratus multa: non feciſti, & ſic non fui lucra
tus. hodie nõ intereſt amplius quod fiat: & ſic ceſſat intereſſe do
mum fieri: non tamen ceſſat damnum lucri de pręterito. ideo nõ
* deſinit actio cõpetere. vt l. fi. §. qui iniuriarũ. * ff. ſi quis cau. * ſed
ſi ceſſaret damnum de præterito, haberet locum iſta glo. quia ex
quo ceſſat hodie intereſſe, ceſſat etiam competere actio. vt in l. ſi

procuratorem.§.mandati.ff.eodem.

LEX. XVIII.

4 POſt ſolutionē. † Qui mandat alteri mutuari, ſi ſoluit mandatario, repetit ab eo cui mutuum eſt factum: ꝓ quo videt̄ mādando interceſsiſſe.h. d.in effectu. ſicut & fideiuſſor
poſtquam ſoluit, repetit à debitore: vterque enim videtur interceſsiſſe pro debitore, cùm plures ſint modi intercedenti. vt not. in l.in perſonam.ff.de pac.

LEX XIX.

1 PRetij. † Vſuræ vltra licitum modum non poſſunt deberi: etiam ſi per ſtipulationem fuerint ꝓ miſſę vel pro eis datum fuerit pignus.

☞ Quid dicatur pactum de quota litis.

LEX XX.

SI contra. † Ex pacto de quota litis nīl poteſt ꝓ curator petere. ſed ſi tale pactum non fuit, bene pōt petere expenſas factas de ſuo.h.d. Quid ſi fecit pactum de quota litis, & etiam expēſas de ſuo, certum eſt ꝙ ex primo non poteſt agere ad expenſas.gl.fi.hîc vi detur tenere ꝙ non. Alij dicunt contrarium.gl.videtur verior. ꝑ l.ſi remunerādi.§. Maurus paulus.ff.eo.vbi propter pactum de quota litis.punitur procurator, vt non poſsit petere quod ſoluit
2 pro domino. † Dicitur autem pactum de quota litis ſiue paciſca tur de dimidia, ſiue de quota, ſiue de certa quantitate in euentū victorię. quia quia per hoc inducitur ad calumnioſè litigādum. & hoc probatur in dicto.§. Maurus paulus.& in l. ſequen. nam vtrobique eſt eadem ratio. poſt litem verò finitam bene poteſt paciſci de aliquo dando loco palmarij propter victoriam quam habuit.l.j.§.honorarij.cum.§.ſequen. de varijs & extraor.cog.

☞ Qualiter intelligatur quod quiſque in re ſua eſt legitimus moderator.

LEX XXI.

1 IN re mandata. † Cōdemnatus in actio. mā dati de fide rupta, efficitur infamis. & licet culpa commmiſſa in proprijs rebus vel negotijs non puniatur: quia quilibet de re ſua eſt moderator & arbiter. commiſſa tamen in alienis negotijs bene puni tur. hoc dicit. ſed in proprijs etiam licet non puniatur. vt hîc. & l. etiam.§.licet.ff.ſolu.matri. tamen culpanda eſt & reprehendenda.eo.titu.l.conſtante.§.ſi maritus. In tex. ibi. [nam ſuæ.] reſpondet tacitæ oppoſitioni. poſſet enim quis dicere quod procurator condemnatus de negligentia non debeat effici infamis. quid eñ ſi erat talis qui etiam in propxijs rebus erat negligens? de qua ne gligentia certum eſt ipſum nō puniri. ergo vt mihi in alienis. qa nō debet plus quis alium diligere quám ſeipſum diligat: ſed po tius econuerſo plus ſe quam alium. vt in l.ſi manifeſtè. ſ. de ſerui. & aqua. Ad hoc reſpondet Imperator, quòd argumentatio non eſt bona, quod in proprijs rebus. ideo quis non punitur, quia moderator eſt & arbiter: & poteſt de eis facere quicquid vult, non ſic de alienis: quæ non ſunt in eius arbitrio quoad ma lè tractandum: ſed ad bene, & ideo exacto officio debet ea gere
2 re, quia nīl neglectum vel declinatum culpa fatuum eſt. † nota. quia ſemper ad hoc allegatur. facit.ſ.de iudæis.l.nemo exterius & quod dicit [quiſque moderator &c.] intellige dummodo diſponat legitimè. aliàs ſecus. de teſta. infra l.teſtandi. in text. & gl.

1 ☞ Differentia inter procuratorem ſimplicem, & procuratorem in rem ſuam.
2 Pactum de quota litis, an ſit reprobatū in procuratore in rem ſuam, & quid ſi actio erat inutilis cedenti, uel cedens ſit pauper? & nu. 4.
3 Ceſsio interdum impugnatur ex impotentia cedentis, & aliquando ex potentia ceſsionarij. & interdum ratione iuris, uel actionis ceſſæ & interdum impugnatur in fauorem illius contra quem ceditur.
4 Ceſsio quæ fit per creditorem debitori ſoluēti, uel quæ fit ad defenſam, non ad offenſam debet de neceſsitate fieri.
5 Ceſsio poteſt fieri in omnibus caſibus in quibus eſt eadem uel ſimilis ratio, quæ eſt in caſi bus exceptuatis, hic remiſsiuè
6 Ceſsio præſumitur ſimulata, quando inter cedentem & ceſsionarium agitur quod totum emolumentum ſit cedentis: & an etiam ſit inualida quantum ad illum cōtra quem ſit; an uerò ualeat tanquam mandatum ſimplex?
7 Paruitas pretij, an faciat cenſeri ceſsionem ſimulatam: & nu.8. & 4.
8 Simulatio, quod facilius præſumatur quàm dolus.
Simulatio, non eſt dolus.
Quòd quis poſsit allegare ſimulationem quam fecit pro fundamento intentionis ſuæ, ſed dolum & fraudem non.
Quæ dicatur paruitas pretij?
9 Ceſsio præſumitur inualida, quando deficit titulus, id eſt cauſa habilis ad tranſlationem dominij, uel quaſi in rebus incorporalibus.
Sicut ſe habet traditio in rebus corporalibus, ita & ceſsio in rebus incorporalibus.
10 An titulus debeat præcedere ceſsionem, & non ſequi?
11 Si in inſtrumento continetur quod ceſsi tibi actionem contra Titium pro centum & ſic dixi titulo uenditionis, an ualeat?
Ceſsio quando fit ex cauſa donationis, ſi dicatur pro benemeritis & ſeruitijs, an ſit neceſſe probare merita: & an requiratur inſinuatio, ſi excedat legitimam ſummam?
12 Ceſsio quando fit per laicum clerico cōtra laicum. an & quando præſumatur ſimulata?

LEX XXII.

PEr diuerſas. Lex iſta cum ſequenti quę venit ad eius interpretationem ſunt ſingulares, & vulgares. tamen intentio imperatoris radicitus vi detur hîc malè declarata per glo. & doc. propter quod emanaue
1 runt illæ leges. Et aduerte † quia aliæ leges huius tituli loquuntur de mandato ſimplici quod mandatarius ſeu procurator exercet ad vtilitatem domini. leges iſtæ loquuntur de procuratore in rem ſuam qui exercet mandatum ad ſuum commodum, & ſuam vti litatem. vt eſt ceſsionarius, qui ex ceſsione habet vtilem actionē ſuo nomine, & exercitium directæ nomine domini. iuxta no. in l.qui ſtipendia.de procu.ſ.ſed ſimplex procurator non habet ex ercitium directæ. Item eius mandatum poteſt re integra reuoca ri expreſsè, vel tacitè. ſed mandatum procuratoris in rem ſuam, ſecus quia nec morte finitur. vt l.illam.j.de do. nec reuocari pōt. vt in l.ſi quidem.ſ.de actio. & obliga. Item quando per procura torem ſimplicem agitatur cauſa: cōfeſsio domini præiudicat. nō ſic quando per procuratorem in rem ſuam, ſi agit ad ſuum com modum: ſcilicet ad eum pertinet periculum cauſæ iuxta notata l.facta.§.ſi hæres.ff.ad Tre. & in l.fi.ſ.de proc. per Cy. ideo Imp. poſtquam pleniſsimè tractauit de procuratore ſimplici in ti. de procu. poſtea in §.fi. tractat de procuratore in rem ſuam id eſt de ceſsionario, circa quam materia multa bona dicit, & etiam in ti tu. de ceſsione actionis: emanauerunt autem ex his legibus ſecun dum rei veritatem. & hoc eſt radix & fundamentum earum per
2 glo. & doc. non tactum, quia per leges veteres † pactum de quo ta litis erat reprobatum in procuratore ſimplici, & ex eo nīl pote rat procurator poſt victoriam petere, vel exigere à domino pro quo ſententia lata erat vt ſ.eo.l.ſi contra licitum. propter hoc ma litioſi carentes anima, & inhærētes facultatibus alienis, faciebāt ſe fieri procuratores in rem ſuam, & cedi ſibi actionē ad fundā dū leges veteres: vt ſic agitarent cauſam proprio nomine, & non quam domini, & obtinerent ſententiam in propria perſona, & promittebant cedentibus, quod ſi cōtingeret eos obtinere victo riam, darent ipſi cedenti certam partem litis, ſeu victoriæ, & reſi duum retinerent pro ſe. vt ſic ipſi nō habeant ire poſt dominos, à quibus nīl poſſent extorquere ratione pacti: ſed potius ecōuer ſo domini irent poſt eos, & peterēt partem eis pollicitam, & ſta rent in fide ipſius procuratoris, & propter hoc cōtingebat quod multi vexabantur indebitè & calumnioſè. Cùm enim quidam haberent actiones dubitatas, & non auderent eas mouere, dubi tantes ſuccumbere: dicti procuratores litigioſi offerebant ſe, di centes pur ꝙ cederetur eis actio, & poſſent litigium ducere ſuo nomine, & ad ſuam commoditatem, & multi erant qui cedebāt tales actiones dubitatas, & ipſi ceſsionarij per calumnias obtine bant propter quod multæ querelæ fuerunt expoſitæ Imperatori anaſtaſio, qui condidit hanc l. & ſtatuit in effectu ꝙ quando nō apparet ꝙ interuenerit aliqua iuſta, vel rationabilis, aut neceſſa ria cauſa, quæ induxerit cedentem ad cedendum, quod talis ceſ ſio præſumatur facta in fraudem. l.ſi contra.ſ.eod. & quod inter eos tacitè interuenerit conuentio ꝙ partem eius quod exiget da bit cedenti, & partem ſibi retinebit, vt voluit hîc glo. ſuper ver bo. [velle.] ideo reus conuentus à tali ceſsionario, poteſt obiice re contra eum, & repetere per hanc l. tanquam illa ceſsio ſit inua lida, & facta contra prohibitionem huius l. & de actione dubita ta, & cauſa calumniandi reum: & pro nimia auaritia ceſsionarij, tanquam redemptoris litis, & ſi exprimatur titulus emptionis ad iuſtificandum ceſsionem, & detur minus pretium quàm ſit in actione quę ceditur, vt valeat vſq; ad illud pretium quod ſoluit in reſiduo non valeat, tanquā ſit ſimulata, & loco pacti de quo ta litis facta. Si autem ſubſit aliqua iuſta cauſa, propter quam ceſ ſit ſeipſ

ſet ſuſpicio prædicta de calumnia vel redemptione litis, valeat
ceſsio. Et de hoc ponit quinqꝫ exempla in verſicu. [exceptis.] &
poſtea circa finem. vult idem eſſe in alijs caſibus rationem habē-
tibus: ſcilicet eandem, veluti ſi fieret ex cauſa meræ & puræ do-
nationis: quia tunc ceſſat dicta ſuſpicio, cùm omne emolumen-
tum ſit peruenturum ad ceſsionarium. & ſic ceſſat tacita conie-
ctura ꝙ inter eos interuenit conuentio de diuidendo lucrum in-
ter ſe. & hoc vult illa l. ſed dicti procuratores cauilloſi interuerte-
runt modum irritandi vtilem prouiſionem huius l. committen-
tes fraudem triplici modo: quia iſta l. primò approbat ceſsionē
quæ fit ex cauſa venditionis vſqꝫ ad quantitatem quæ ſoluitur
pro pretio. vt in verſicu. [ita tamen.] in reſiduo imporbat poſtea
in §. fi. approbat, quando fit ex cauſa donationis, ideo ipſi facie-
bant fieri partem ex cauſa venditionis puta actionem competē-
tem ad mille emebant pro quingentis, & faciebant quod cedens
reſidua quingenta eis donabat: vt ſic tota mille poſſent petere,
vel faciebant vt eis venderetur pars pro quingentis, & cuidam
alteri quem ſibi ſubmittebant, puta conſanguineo, vel vxori do-
nabantur alia quingenta, & aliquando faciebant fieri ceſsionem
totam ex cauſa donationis apparentis: ſed quia cedētes volebāt
habere partem, & ſic non intendebant reuera donare totum: ipſi
clarius & occultè dabant ſibi certam partem quantitatis, & reci-
piebant inſtrumentum donationis de tota quantitate. Iſtis calū-
nijs, & fraudibus volens obuiare ſucceſſor Imperatoris Anaſta-
ſij, commēdans prouiſionem huius l. ſtatuit dictas ceſsiones nō
valere niſi vſqꝫ ad quantitatem verè ſolutam: quantùm autem
ad alteram partem, quæ erat remanſura pœnes ipſum ceſsiona-
rium loco pacti de quota litis, non valeat: vt ſic illa non poſsit pe-
ti ex cauſa donationis per ipſum ceſsionarium: ſed nec per cedē-
tem qui conſcripſit huic fraudi: & ſic perditur illa pars, & rema-
net pœnes debitorem, non ſic ſi fuiſſet facta ceſsio pro minore
quantitate, quam ſit in actione: nam licet id quod excedit non
poſsit peti per ceſsionarium: non tamen perditur, ſed petitur per
cedētem, vt in l. per diuerſas quæ punit duntaxat ceſsionarium,
& in eius odium diſponit, & ſimulationem præſumit: non autē
in odium cedentis, nec ipſum punit: licet conſenſerit in fraudan-
do l. ſi contra licitum. ſ. eo. Sed quando conſenſit in fraudando
ſanctam & vtilem prouiſionē l. per diuerſas. quia dupliciter pu-
nit fraudando. l. & interpretationē l. punit ipſum in hoc. ꝙ qua-
tenus plus eſt in actione quàm in pretio quod recipit, illud per-
datur. & per neutrum ipſorum peti poſsit. & quia iſta [l. ab Ana-
ſtaſio.] veniebat ad interpretationem l. per diuerſas. quia talis cē-
ſetur fuiſſe intentio imperatoris ꝙ à principio debuiſſet diſpoſi-
tio huius l. trahi retro ad tempus. l. per diuerſas. conditæ. ſed Im-
perator mitius agere volens propter nouam pœnam, vult ꝙ nō
trahatur ad præterita: ſed ad futura. & hoc vult. [l. ab Anaſtaſio.
& nunc intelligis medullitus & radicitus fundamentum harum
legum. & ſine illo fundamento nunquam guſtabis intellectum
3 harum legum. † Et no. ꝙ interdum ceſsio impugnatur ex impo-
tentia cedentis. vt quando cedit ille apud quem non eſt actio ra-
dicata, tamen gerit adminiſtrationem legitimam vt tuto. vel cu-
ra. quod dic vt l. poteſt. ff. de autho. tuto. Aliquando ex perſona.
vt quando ceditur potentiori ratione officij publici, qui minacē
poteſt terrorem ingerere. & tunc punitur iactura cauſæ cedens.
& de hoc loquitur titu. & l. ij. ſ. ne liceat poten. & ibi eſt optima
glo. de iſta materia. Interdū ratione iuris, vel actiōis ceſſæ. vt qn̄
erat iam facta litigioſa. & de hoc loquitur titu. j. de litigio. l. ij. &
authē. ibi poſita. Interdum impugnatur in fauorem illius contra
quem ceditur. & tunc loquuntur iſtæ ll. quę voluerunt prouide-
re ne quis indebitè vexetur. quod frequenter contingit per illos
qui faciunt pactum de quota litis. nam per ll. veteres (vt ſ. dixi)
erat prouiſum circa procuratores ſimplices, & aduocatos: non
circa procuratorem in rem ſuam. vt eſt ceſsionarius. ſed per hāc
l. prouidetur etiam attento odio recipientium tales ceſsiones ca-
lumnioſas. Nam quatenus pro ceſsione non ſoluitur, præſumit
lex interueniſſe ſimulationem. quia ſi venditur pro minori quā-
titate quā valeat, licet ſimuletur tota actio vendi: & propter hoc
videretur totum poſſe peti. & ſic tamen verè noluit vendere qđ
vltra eſt, ſed donare ceſsionario in præmiū ſui laboris. & in frau-
dem pacti de quota litis. ideo gloſ. dicunt ꝙ præſumunt ſimula-
tiones ratione paruitatis pretij. intellige ſcilicet in reſiduo. quia
ſimulatur vendi. & donatur. non ſimpliciter, ſed in pręmium la-
boris. & eodem modo ſi pro parte venditur pro parte donatur,
& præſumitur ſimulata in eo quod donatur quia ſimulat dona-
re ex liberalitate: & tamen non ita donat. ſed in remunerationē,
& in fraudē dicti pacti. vt ſ. dixi. Ex quibus remanent quaſi oēs
glo. declaratæ. exceptis glo. quæ ſunt in ver. [exceptis.] quæ ten-
dunt ad declarandum exempla quæ ibi ponuntur. Et in effectu
4 recollige † ꝙ vbi ceſsio fit ex neceſsitate. vt contingit quando cre-
ditor fideiuſſori ſoluenti cedit. Nam habet neceſſe hoc facere. ff.
de fideiuſ. l. fideiuſſoribus. vel quando fit ad defenſam, non ad
offenſam. quia poſſeſſor dubitās moleſtari ab aliquo, recipit ceſ-
ſionem ab alio qui potentius ius habet quàm ille: vt ſe defendat
ab alio, nō vt offendat. vel quādo ſubeſt aliqua cauſa expediēs.
vt ſi ſunt plures hæredes diuidentes hæreditatem: in qua eſt qđ-
dam nomen debitoris, ꝙ aſsignatur vni ex eis in partem: cùm di-
uiſio aliter fieri nō poſsit. l. planè. ff. fami. erciſ. Nam alij debebūt
cedi pro partibus aliorum. nec requiritur alius titulus in cedēdo.
Item in ſimilibus cauſis. vt ſi actio quæ erat inutilis cedenti. pu-
ta quidam pariſiēſis debet mihi mille, ego non ſum aptus ire pa-
riſium: vnde cedo cuidam pariſienſi illam actionem pro cētum.
certè non videtur cauſa vexandi & redimendi litē: cùm alia ſub-
ſit cauſa rationabilis. & ſic poterit totam ſummam petere. hoc te-
net hic Bal. in xij. q. qđ perpetuò tenementi. Et idem ſentit Spe.
tam in hoc, quā in ſimilibus caſibus. vt ſi aliquis eſt pauper, vel
execratur lites. ita ꝙ actio eſt ſibi inutilis: vt poſsit eam cedere ꝑ
modica quantitate. & ceſsionarius totam ſummā petit: quia ceſ-
ſant præſumptiones harum legum. Et his diebus conſului. cùm
quædam mulier in pœnā foris iulij ceſsiſſet iura ſua contra quoſ-
dam ſuper hęreditate & bonis paternis & maternis pro duobus
milibus, quæ valebant vltra ſex milia. quia hoc non fecit niſi qa
actio erat ſibi inutilis propter potentiam aduerſariorum. & quę-
rebatur à me an ceſsionarius poſſet exigere vltra duo milia. dixi
quod ſic. Nec obſtat iſta lex per diuerſas. quia propter qualitatē
perſonæ cedentis aduerſariorū ceſſabat præſumptio. de qua hic:
ſcilicet pacti de quota litis. & vexatur indebitè. vnde nō plus vi-
detur valere hic ius quàm eſſet dicta quantitas. maximè propter
5 dubium litis. nec plus fuiſſet emptum etiam ad incantum. † Vlti-
mò omiſsis alijs glo. quæ tendunt ad expoſitionem literæ: capio
gloſ. fi. quæ tangit materiam. & primò oppo. de principio huius
l. vbi prohibetur ceſsio fieri: & per conſequens annullatur: tan-
quam facta contra prohibitionem. l. vt l. non dubium. ſ. de legi.
& poſtea in fi. dicitur ꝙ valet non ſolùm in caſibus ſpecialibus.
ſ. exceptuatis, ſed in alijs etiam. ergo ſemper valet. gloſſa dicit ꝙ
finis intelligitur de non ſimulatione: vt quando fit ex cauſa do-
nationis. certè cùm talis ſpecialiter dixerit in ver. [ſi autē.] illud
verbum. [quàm alijs cauſis.] non debet reſtringi ad illum. dic er-
go melius quod valet in omnibus, in quibus eſt eadem vel ſimi-
lis ratio, quæ eſt in caſibus ſpecialiter exceptuatis in ver. [exce-
ptis.] quorum aliqui ponuntur in Spe. de ceſsione actio. §. j. ver.
ſed oppo. ad præmiſſa. vſqꝫ ad verſ. quid ſi excommunicatus. &
hic per Bal. in xij. q. vbi autem non eſt eadem vel ſimilis ratio, &
ſic non valet. & præſumitur ſimulata, & animo calumnię facta,
& pro redemptione litis. vt in prin. Poſtea glo. proſequendo ma-
teriam ponit quatuor caſus, in quibus ceſsio eſt, & præſumitur
6 ſimulata. † Primus. quando agitur inter cedentem & ceſsionariū
ꝙ totum emolumētum ſit cedentis: & ſic dicit gloſ. ꝙ non valet.
per titulum plus valere quod agitur. nam cùm cedo, videor vel-
le quod emolumentum ſit ceſsionarij. hoc enim importat ceſsio.
vel differret à ſimplici: in quem non transfertur niſi exercitium
directum. ſi ergo agitur vt emolumentum ad me pertineat, hoc
eſt contrarium naturæ ceſsionis. & hic plus attenditur quod in
veritate agitur, quàm quod ſimulatè cōcipitur: per titulum plus
valere quod agitur. Doc. videntur tenere contrarium. & mira-
tur Iaco. de Are. ꝙ glo. vtatur iſtis verbis ſimulatis. quia in tota
iſta l. de hoc non fit mentio. ſed plus eſt mirandum de ipſo: quia
in [l. ab anaſtaſio.] pluries fit mentio ad interpretationem iſtius.
vnde gloſſ. non ſomniarunt vtentes iſto vocabulo. Item dicunt
Doc. non eſſe verum ꝙ propter hoc reddatur ceſsio inualida. &
allegant tex. expreſſum in l. ſi tibi mandauero. §. interdum. ff. eo.
titu. vbi valet. licet commodum & omne periculum pertineat
ad cedentem. Aduerte tu clarius. Aut quærimus an ſit ſimulata
& inualida quantùm ad cedentem & ceſsionarium: & eſt dicen-
dum ꝙ ſic: vt dicit glo. quia emolumentū non remanebit penes

ceſsionarium: licet ceſsio importet contra-
rium.ſed redibit ad cedentem prout reuera
fuit actum. & ſic reputabitur potius ſim-
plex procurator in rem ſuam propter hoc
pactum,quod alterat naturam ceſsionis.vt
in ſimili dicitur in lege, vbi ita donatur. ff.
de donatio.cauſa mortis.Et propter hoc di
co quòd illud mandatum morte mandan-
a tis [a] re integra finietur, tanquàm ſimplex
mandatum. quod non foret ſi eſſet in rem
ſuam.vt l.illam.infrà,de donati.Item quòd
confeſsio cedentis præiudicabit ceſsiona-
rio, ſicut præiudicaret procuratori ſimpli-
ci.per ea quæ nota. Cyn.in l.finali. ſuprà,
de procurato.& Barto.poſt Dyn.in l.facta.
§.ſi hæres. ff. ad Trebellia. Sed ſi quæritur
an ſit inualida quantùm ad illum contra
quem fit ceſsio.dic quod non: & quòd ille
non poterit ipſum repellere ex cauſa dictæ
ſimulationis, quæ non tendit in fraudem
pacti de quota litis, quòd nihil ſit reman-
ſurum penes ceſsionarium, & ſic ceſſat di-
ſpoſitio huius legis, ita intellige dicta do-
cto. reprehendentium gloſſa, valebit ergo
iſta ceſsio vt valere poteſt, ſcilicet tanquã
mandatum ſimplex. argumen. in l. ſi tam
7 anguſti. ff. de ſeruitu. † Secundus caſus in
quo ceſsio præſumitur ſimulata, ratione
cuius ſimulationis ceſsionarius poteſt re-
pelli ab agendo ex diſpoſitione huius legis
eſt paruitas pretij. quando venditur pro
minori ſumma quàm debeatur, & iſte ca-
ſus ponitur hic in verſicu.[ita tamen.] ſed
poſtea in eadem gloſ.ante fin.in verſi.[vel
verius.] videtur dicere contrarium. quòd
paruitas pretij non facit cenſeri ſimulatam.
Dic pro concordia, quòd non facit cenſeri
ſimulatam totam.prout dicebat primum di
ctum: ſed quatenus plus eſt in actione quã
ſit ſolutio pro pretio: ſed quatenus eſt ſolu
tio valet. & ex ea agi poteſt. & conſiſtit ſi-
mulatio in illo pluri: vt ſ.dixi. quia cedens
ſimulat totum vendere.& tamen illud plus
non vendit. ſed dimittit penes ceſsionariũ
loco pacti de quota lite.Sed opponi.in glo.
quòd paruitas pretij non faciat præſumi ſi-
mulationem.vt infrà de reſcinden.venditi.
l.dolus. dicit gloſ. quòd non facit præſumi
dolum ſecundùm ſimulationem, ſicut hic.
8 † Ex qua gloſ.nota.duo:ſcilicet quod faci-
lius præſumitur ſimulatio quàm dolus. Itẽ
b quòd ſimulatio [b] non eſt dolus. Et ex hoc
ſequitur quòd quis bene poteſt allegare ſi-
mulationem quàm fecit pro fundamento
intentionis ſuæ: quia non allegat turpitu-
dinem ſuam,ſed dolum & fraudem non poſſet allegare: quia al-
c legaret turpitudinem. [c] vt l.cùm profitearis.de reuocan.dona. &
hoc tenuit Bar.in conſi.ſuo quod incipit Petrus Nicolę. Item di
cit gloſſ. ꝙ hoc caſu non perditur actio in eo quod eſt plus: licet
ceſsionarius non poſsit ad illud agere. nam aget ipſe cedens. cũ
in iſta l.per diuerſas.non dicat contrarium.quod etiam tenet In-
noc.& Spec.in dicto titu.ver.ſi verò dubitatur.licet quidam cõ-
trarium.vt ibi no. Sed quando pro parte venditur, & pro parte
donatur,perditur actio in eo quod eſt donatio.vt eſt tex.in[l.ab
Anaſtaſio.Ratio diuerſitatis eſt illa quam primò dixi. quia pri-
mò caſu cedens vnam tantùm fraudem committit. ſcilicet con-
tra leges veteres improbantes pactum de quota lit. ſed in ſecun
do committit tam cùm illa,quàm etiam contra l.per diuerſas.er-
go plus debet puniri per l.ita fidei.ff.de iure fiſ. vbi plus punitur
qui fraudat.l.& interpretationem.l.quàm qui.l.tantùm.Item di-
cit glo. ꝙ pretium reputabitur paruũ,quando computato eo qđ
eſt datum,& pretio laboris,& expenſis litis,adhuc plus ſatis eſt
in actione.hoc intellige ſanè quando veriſimiliter fuiſſet poſita
ad incantum. & in ſubhaſtatione ſatis plus fuiſſet repertum.
Si autem non plus, illud reputatur iuſtum. vnde ſi ceſsi actio-
nem in mille pro quingentis, & in ſubhaſtatione veriſimiliter
non fuiſſent reperta niſi quingenta:computato labore & expen
ſis,illud reputabitur iuſtum pretium:& ſic poterunt exigi mille.
hoc videtur velle Specu.in loco præallegato. Nam debet æſti-
mari futurus euentus,& incertitudo.quæ facit cenſeri iuſtum ꝙ
aliàs eſſet iniuſtum.vt ſ.de vſur.l.ſi ea lege.& ſi ex pactione.&
l.oleo.& quod no.in ſimili.in l.Lucius.§.ſi.ff.ad trebel.& l.ſi qs
cùm aliter.de verbo.oblig.per Bar.quando quæritur an in tranſ
actione quis fuerit deceptus vltra dimidiam iuſti pretij.non enĩ
æſtimatur res quæ petitur,ſed dubius euentus.facit l. quæreba-
9 tur.ff.ad l.falci.† Tertiò præſumitur ſimulata & inualida quan-
do deficit titu.id eſt cauſa habilis ad tranſlationem dominij, vel
quaſi in rebus corporalibus.ſicut enim nuda traditio in rebus
corporalibus ſine titulo vel cauſa non eſt habilis ad tranſlatio-
nem dominij,vel quaſi.vt in l.nuda.ff.de acqui.re.do.ita & in iu
ribus incorporalibus.vt eſt actio ſimplex,ceſsio ſine cauſa non
eſt habilis ad transferendum iura vtilia in ceſsionarium:quia ſi-
cut ſe habet traditio in rebus corporalibus:ita & ceſsio in rebus
incorporalibus. vt ſ.quando fiſ.vel priua.per glo.& iſta melior
eſt ratio ad probandum id quod dicit glo.quam id in quo ſe fun
dat.ſcilicet text.in verſi.[ita tamen.]ibi dum dicit [licet inſtru-
mento ceſsionis]vbi innuit ꝙ qñ in inſtrumẽto ceſsionis expri-
mit nomẽ actionis & ſic tit.regulariter valet:ſi ſit p iuſto pretio.
ergo ſi non exprimitur,non valet:& idem ſi exprimitur.ſed pre
10 tium non eſt iuſtum quatenus eſt vltra. † Subdit glo.quod titu.
debet præcedere,& non ſequi: aliàs non prodeſt eius inſertio.
hoc expreſsius voluit glo.mag.in fin.ſ.ne lice.po.in l.j.& dicit
quod fuit opi.Azo.quam docto.reprobant.quia non refert qđ
eorum præcedat.nam in quacunque parte ſit titulus inſtrumen
ti.cenſetur præcedere ſuum cauſatum.ſicut non refert in libello
ſi dicam debes mihi centum,quia peto te condemnari ad centũ,
in quibus mihi teneris ex cauſa mutui.& ſic præmitto cõcluſio-
nem vel cauſatũ.ſecundũ Bal.qui ita no.in d.l.ſi.pro quo facit l.
cũ in teſtamento.§.hæc verba.ff.de hæredi.inſtit. hoc idẽ ponit
Io.an.in d.tit.in addi.quæ incipit rigoroſum.& ſuſtinẽdo Azo.
dicit ꝙ noluit illud dicere:quia fuiſſet fatuitas.ſed vult dicere ꝙ
titulus debet adeſſe tempore ceſsionis factę.& ſi veniret ex poſt
facto,non validaret ceſsionem ante factam:niſi retro traheretur
11 † Sed pone quod continetur in inſtrumento quod ceſsi tibi a-
ctionem contra titium pro centum,nec dixi titu. vendi. an va-
leat? videtur quod non.per iſtam glo.contrarium tenet Bar. &
conſuluit.quia ſatis videtur expreſſus titulus quando ex expreſ
ſa cauſa:quæ fecit contractum emp.& vendi.ſi fuit dictum pro
pretio centum.per. text.in l.fin.infra de fun. patri.lib.xj.& per
gloſſ.paruam quæ eſt in l.apud Celſum.§.ſi cùm legitima.ff.de
d doli excep.vel.facit cenſeri contractum innominatum [d] facio vt
des.qui tribuit titu.& cauſam transferendi.quam ſequitur Bal.
& Ioan.andre.in addit. quæ incipit rigoroſum. tenet expreſſe
contrarium.ſed non bene. Item dubitauit Bartol.quando fit ex
cauſa dona.ſi dicatur pro bene meritis & ſeruitijs,an ſit neceſſe
probare merita, vt agere poſsit? & videtur quod ſic:quia dicen
ſus eſt titu.donationis factæ ob merita.in l.Aquilius regulus.ff.
de don.& l.ſi pater.vbi habetur quod non requiritur inſinua-
tio.quia dicitur prius remuneratio: & aliud eſt quando ſimpli-
citer fit ex mera liberalitate.vnde pbatis meritis nec ille titulus
expreſſus pdeſt,nec nõ expreſſus.ideo Bar.dicit ꝙ de pluribus
ceſsionibus facit remoueri illa verba.Bal.in d.l.ij.dicit ꝙ non ex
pedit dubitare.ſed non declarat.Ego idem conſului. quia cũ ſit
talis qui poteſt donare vtroq; modo,tã propter merita, quã etiã
ex mera liberalitate,ſtandũ eſt verbis ſuis de meritis.nec requi
ritur alia probatio: ſed quando eſſet talis qui non poſſet donare
ſimpliciter,ſed duntaxat propter merita:vt cùm pater donat fi-
lio in poteſtate,vel cùm donatio excedit legitimam ſummam,
non ſtat verbis donantis de meritis.vt no.in l.ſi donatione.j.de
coll.& l.ſi fortè.ff.de caſt.pecu.& hoc eſt quod decepit Barto.
quia non conſiderauit ꝙ probatio meritorum non eſt neceſſaria
hoc caſu,quando poteſt vtroque modo donare. ſed ſibi viſum
fuit quod ſit neceſſaria.per not.in d.legibus.& ideo ſi non ſit,
videatur deficere titulus.Tene menti.quia ſunt ſubtilia, & ma
[illegible]

a ❡Mandatum morte mãdãtis. Adde Bar. in l.ſi cùm filiusfa. §. ſed ſi quis.ff.de don. Inno. in c.quoniã ab bas.de offi.dele.doc. in c.ſi gratioſæ.de re ſcrip.lib.vj. Anto.de But.in c.relatum.de offi.dele.doc.in c.li-cet.eo.titu.Doc.in l. eius qui in prouincia. ff. ſi certum petatur.

b ❡Simulatio. An ſimulatio.vid per ſanctum Tho.ij.ij.q.iij. Et qd ſit ſimulatio. vide glo. in l.pen.C. de iuris & fac.igno. Cardi.zaba. in c.per tuas.in ij.no.qui filij ſint legi. & an ſimulatio ſit permiſſa de iure.vide per Cardi. alex.in c. quod inter rogaſti.in ij. col.xxvij.di. Et quę ſit differentia inter ſimulationem,& fraudẽ.vide per Bal.in c.j.§.beneficiũ.ſi de feu.fue. cõtrouer.inter do.& agn.in vſi.feu. Et de multiplici ſpecie ſimulationis.vide per Bar.cepolam veronenſem cautela. cccxxviij.

c ❡Allegaret turpitudinem. An liceat allegare ſuam turpitudinem:vide in l.iuſiurandũ.quod ex conuentione. ff. de iureiur.gl.& doc. in c.ex tenore.de conceſ.pręben.glo. in c.inter dilectos. de dona.doc. in c.lator. de re iudi.

d ❡Cõtractũ innominatum.quot ſint cõtractus innominati. vide per Ang.in l.naturalis.ff.de præſcri. verbis.Item contractus innominat[9] habet vim mandati. ſecundùm Bal. in c.ex parte decani. in vij. col.de reſcri.Item omnes contractus de mundo,quos cõſuetudo de nouo inuenit, ſunt innominati: ex quo à iure gentiũ vel ciuili nomen nõ acceperunt. ſecundũ Bal.in c.ſi.in vlti. colum.de cauſa poſſeſ. & proprieta.

re declarata.† Ad quintū in quo præſumitur ſimulatio quando
fit per laicum clerico cōtra laicum. vt in c. fi. de alie. iudi. ſed non
eſt verum ſimpliciter. ſed limita in Specu. loco præallegato. ver.
iiij. præſumitur. Item quando ceſsionarius eſt homo litigioſus.
vt in eo. §. verſi. Item etiam præſumitur. Et vltimò quando in in
ſtrumento venditionis non fit fides de vera numeratione pretij:
ſed duntaxat de confeſsione cedentis, nam non probat numera
tionem. hoc tenet Barto. hic, & dicit ſe conſuluiſſe ita cum pluri
bus alijs doc. per tex. iſtius l. dum dicit [tantūmodo ſolutarum.]
per l. ab anaſtaſio. poſt mediū ibi. [dum dicit re ipſa perſoluit.]
& quòd not. in l. aſsiduis. j. qui poti. in pig. ha. & quia cùm mate
ria ſit prohibitiua, confeſsio præſumitur ſimulata: & in fraudem
facta per l. qui teſtamentum. ff. de proba. & per l. cùm quis. §. Ti
tia. ff. de lega. iij. Bal. verò dicit hic & in l. ij. ne lice. po. quòd iſti
tex. non faciunt pro Bart. quia tex. iſtius l. per diuerſas. loquitur
eo caſu quo eſt venditio facta non iuſto pretio & l. ſequens. quā
do pro parte vēdita, & pro parte donata. quibus caſibus ex vna
præſumptione reſultat altera: ſed ſi ponimus quòd ſit facta iuſto
pretio, tenet ipſe quòd ſolutio pretij probatur per ceſsionem ce
dentis. ita dicit de conſuetudine ſeruari. & ita fuiſſe conſultum
per collegium florentinum: licet Barto. opi. in multis locis tenea
tur, & pluries Peruſij ſecūdùm eum fuit iudicatum. de quo per
Bar. & Bald. in l. deo nobis. s. de epiſco. & cler. vide etiam hic
per Bald. qui plures quæſtio. format ex his quæ habentur per
Io. an. in dicto titulo. de ceſsio. act. Die v. Augu. M.cccCxxxix.
in ciuitate Paduæ.

Si ſeruus extero ſe emi mandauerit. *Rubrica.*

In titu. præcedenti dictum eſt de mandato regulari. ex quo
ſecundū intentionem mandātis & mandatarij oritur actio dire
cta & contraria ſcilicet mandati directa, & mandatario contra
ria. In iſto titu. tractatur de quodam ſpeciali mandato & irregu
lari ex quo oritur actio directa præter intentionem mandantis,
vel eius qui reputatur mandans & tamen non oritur actio con
traria mandatario. vt in l. cū ſeruus. ff. manda. quę venit ad decla
rationem huius & reputatur iſte ti. tam in tex. quàm in glo. val
de difficilis & obſcurus qui habet materiam extraneam valde à
regulis iur. & obſcuritas procedit: quia nec glo. nec Doc. tangūt
vnum verbum ex quo declaretur omnis obſcuritas quæ colligi
tur ex d. l. cum ſeruus. quæ tractat de eadem materia & ſimiliter
ipſam ſupplet nam quicquid hic & ibi ſtatuitur contra regulas
iuris, & contra rationem diſputandi dūtaxat, de æquitate proce
dit ad refrenandam malitiam ſeruorū, qui malo & peruerſo mo
do conantur ſe ſubtrahere à dominis, & ipſis dominis ignoranti
bus mandant extraneo quòd ſe emat à domino, & manumittat,
vel etiam retineat volentes potius iugū ſecundi domini empto
ris quàm primi vēditoris. Nam ſecuta emptione licet dominus
vendiderit ea intentione vt nūquam rehabeat, & emptor emat
ſuo nomine, & ea intentione vt nunquam reſtituat venditor ta
men reperta veritate dominus ex mandato ſerui poteſt agere
mandati vt rehabeat, & recuperet ſeruum: ſicut ſi emptor à quo
dam tertio de mandato ipſius domini ipſum vel aliam rem no
mine domini emiſſet quo caſu ſine dubio teneretur ſibi reſtitue
re, cuius nomine emit conuentus actione mandati directa. vt in
l. ſi ita quis. §. Seia. de verbo. obli. & econuerſo ſi ille cuius nomi
ne res fuiſſet empta nollet ratum habere, poſſet mādatarius age
re actione contraria vt recipiat: & pretium quod ſoluit ſibi reſti
tuat. Sed in caſu noſtro primus dominus venditor poteſt agere
directa, vt ſibi reſtituatur ſeruus: ſi hoc vult & tamen mandata
rius non poteſt agere contraria contra eum, vt recipiat ſeruum.
vt d. l. cum ſeruus. ff. mandati. quia ceſſat ratio propter quam do
minus non habet directam: ſcilicet vt malitia ſerui puniatur, &
redeat vnde diſceſsit cum malitia, domino ignorante malitiam:
ſed ſi ſciuiſſet: ceſſaret ratio æquitatis & non poſſet dominus re
cuperare ſeruum hæc eſt ſubſtantia huius l.

2 *Contractum quem non poſſet ſeruus pro me facere: & ad ſuam utilitatem, ſi eſſet liber non poſſet facere exiſtens ſeruus ad utilitatem meam: etiam ſi ego per meipſum poſſem illum contractum facere.*
Limitatio legum, quæ dicunt per ſeruum poſſe acquiri domino.
3 *Liber homo quòd non poſſit mandare alicui ut ipſum emat à tertio.*
Si mando tibi ut rem meam emas à me. iſtud mandatum nihil ualet, & quid ſi ſequatur emptio? & nu. 4.
4 *Mandatum quod fuit à principio nullum, an poſſit ex poſtfacto reconualeſcere?*
Non eſt inconueniens quòd ex poſtfacto extra id quod actum eſt inter partes tacita naſcatur obligatio.
5 *Differentia inter dictionem ex: & dictionem propter.*
Emptor non liberatur à pretio, ſi ſoluat uenditori pecuniam pertinentem ad ipſum uenditorem.
6 *Allegans contraria, non debet audiri.*

LEX VNICA.

1 SI ſeruus. † Et diuide ī duas partes prin
cipales: quia primò præmittit
tria antèquā determinet caſum de quo quæ
ritur vſq; ibi. [nec tamen.] ſecundò determi
nat cū diſtinctione & h. d. in ſumma. Si ſer
uus meus mādat tibi me ignorāte vt ipſum
à me redimas, & manumittas, vel retineas, ſe
cuta emptione & traditione de pecunia tibi miniſtrata per eum
quæ ad me pertinet, eſt in poteſtate mea vel agere actione man
dati ex mandato facto per ſeruū quod reputatur meum, vt eun
dem ſeruum mihi reſtituas. & ſic reſcindatur venditio, ſicut ſi
ab alio ipſum emiſſes meo nomine quāquā tale mandatū à prin
cipio nondū facta emptione foret ipſo iure nullū: quia nec pōt
tenere ex perſona ſerui, nec ex perſona mea per rationes poſitas
in tex. & ſic de rigore non deberet producere actionem manda
ti: quia ſaltē de æquitate ſecuta emptione propter dictā cauſam
reconualeſcit & actionem producit ad recuperationē ſerui. Vel
ſi volo ſeruū, nec volo reſcindere cōtractū venditionis, ſed per
ſiſtere in eo, poſſum agere exemptione vt aliā pecuniā mihi ſol
uas. quia ſoluendo à me non fuiſti liberatus ambas verò dictas
actiones ſimul intentare non poſſum: quia eſſem mihi cōtrarius.
nam volendo retrahere ſeruū improbo venditionem & eam re
ſcindere volo ſed petendo pretium ſolutū de aliena pecunia ip
ſum approbo, & iſta ſunt contraria ſed regula eſt quòd allegans
2 contraria non auditur. h. d. in effectu iſta difficilis. l. ¶ Not. primò
quòd contractum quem non poſſet ſeruus pro me facere, & ad
ſuam vtilitatem, ſi eſſet liber, non poſſet facere exiſtēs ſeruus ad
vtilitatem meam: etiam ſi ego per meipſum poſſem illum con
tractum facere & iſta regula limitat d. ll. dicētes per ſeruū poſſe
acquiri domino vnde ſi ſeruus meus ſtipulať à te ſeruitutē præ
dialē, cū ſtipulatio non valeret ſi eſſet liber, & non haberet præ
dium. l. j. communia prædi. ita non valet quo ad commodum ea
rum: cum mihi acquiratur: licet habeam prędium, & poſsim per
3 me ſtipulari l. & ſi maximè. ff. de ſer. leg. † Itē quòd liber homo
non poteſt mandare alicui vt ipſum emat à tertio cum liberi ho
minis non ſit commercium. vt in l. liberi. ff. de contrahen. empt.
Item not. quòd ſi mādo tibi vt rem meam emas à me iſtud man
datū nihil valet. vnde ſi non emiſti, ſed per te remanet, licet mā
datum acceptaueris, non poſſum ex eo agere ad intereſſe, licet
ſi valeret bene poſſem. vt s. titu. j. l. ſi maritus. & l. procuratorem.
ſed nec emptione ſecuta poſſum agere ad pretium actione man
dati: ſed debeo agere ex vendito: quia quoties aliter contrahen
do mandatum executioni mandatur, non agitur ex mandato:
ſed ex illo alio cōtractu tex. eſt in l. idemq;. §. ſi quis titio. ff. man.
& per hoc dico quod iſta l. loquitur quando ſeruus tibi manda
uit vt ipſum emeres tuo nomine: & hoc faciebat dubiū quo ca
ſu non eſt idem venditor & emptor ſecundū gl. quę eſt hic. quę
incipit. [cum idem.] quæ videtur ſentire quòd mādauit vt eum
emeres meo nomine. & ideo non valet mandatum quia idem eſ
ſet venditor & emptor nam emendo meo nomine, ego videor
emiſſe & tamen ſum emptor ſed parcant mihi glo. & hæc eſt ve
ra truſta & fatuitas nec iſta eſt ratio: quia non valet mandatum:
quia nō habet dubium ſed alia de qua ſupra dixi per dictum §.
4 ſi quis titio. † Quarto no. in ver. [nec tamen.] quòd licet dictum
mandatum de rigore iuris ante ſecutam emptionem non teneat
vt aliquam actionem producat: ea tamen ſecuta reconualeſcit,
vt producat actionē mandati directā & hoc de ęquitate: pro pu
nienda malitia ſerui. vt s. dixi. & ſi dicatur mandatū quod fuit à
princip. nullū, non debet reconualeſcere ex poſtfacto. vt l. quod
ab initio. de regu. iur. & ſi non producit actionē à principio non
debet producere ex poſtfacto. vt l. ſerui & filij, poſt princi. ff. de
fur. Imperator reſpondet ſecundū verum intellectum: quē gl. &
docto. non tangunt quòd illud procederet ſi à principio fuiſſe